



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

163. An triennum à iure præscriptum ad experiendum impotentiæ veritatem, computandum sit à tempore, quo copula intentata est, vel à tempore præfixe a iudice? Pro quo aliqua alia prius supponuntur. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

putat eorum sententiam esse intelligendam, ut fiat à Medico, & secundum illius artem: id enim addiderunt illam vocem, *medicinaliter*, ut significarent id non posse fieri propria autoritate, sed iuxta Medicorum prescriptum. Quod mihi placet; sed aliqui non distinguunt de impedimento ex parte viri aut ex parte feminæ.

12. Etiam adhuc supposito prescripto Medicorum, & etiam Medici dicant nullum esse periculum in eo remedio; ex alio capite appetat difficultas, & mihi videtur distinguendum: nam vel loquimur in casu, quo ex parte feminæ est impedimentum, propter extraordinariam arctitudinem, vel in casu quo solum ex parte viri. Si loquamur de casu ex parte feminæ, & in eo remedio non sit (vt supponimus) periculum viræ, aut grauis morbi, dicendum videtur iuxta dicta feminam teneri id pati; atque adeò virum etiam ipsa iniuita, & teniente id posse facere vi, aut aliquo modo incautam illam intercipiendo, si alter non possit: tunc enim ius suum recuperat. Si verò impedimentum sit ex parte viri, modo explicato; dicendum est, iuxta nostram sententiam, feminam non teneri cum eo dolore, & horrore, atque adeò non posse virum ea iniuita, vi, aut dolo videnter id facere: est enim iniulus dolor, aut vis, vix cogens ad id, ad quod feminam non tenetur. Ita Dicatillus loco citatus, num. 5124.

13. Sed hic obiter quaro, an vir sit alienius culpa reus, qui sua temporalis impotensia conficius matrimonium contrahit eo tempore, quo talis durat impotensia? Et negatiè responderet Sanchez lib. 7, diff. 92, quic adducit Texeda Theolog. Mor. 10.2. lib. 4, tract. 2, §. 9 num. 9. Sed ipse putat in tali casu peccare mortaliter. Primo, quia celare hoc vitium feminæ, nequit fieri absque eius magna incuria in re grauissima: ergo, &c. Probatur antecedens; quia iniustum est, & inducens notabile detrimentum priuare feminam dubiam iure quod habet ad actum matrimoniale, obligando illam per multum tempus, ut matrimoniali viu abſineat. Secundo, quia iniuste agit vir, qui se obligat alteri pro aliquo tempore solvere id quod est impotens ad solvendum, cuius impotensia alter erat omnino ignarus: ergo vir qui conficius sua impotensia matrimonium contrahit cum feminâ illius ignara, iniuste facit: atque cum hæc iniustitia sit in re graui, peccat mortaliter. Confirmatur hoc, nam vir eo casu feminam fallit in re graui; ergo peccat mortaliter. Confirmatur secundò, & explicatur: nam tunc aliquis peccat mortaliter peccato iniustiae, quando est causa, vt proximus ponatur in evidenti periculo peccandi mortaliter: Sed vir impotens ad coeundum contrahens cum feminâ eius impotensia ignara, ponit illam in evidenti periculo peccandi mortaliter, imò est causa quod actu peccat mortaliter: ergo, &c. Probatur minor, quia proper communicationem cum viro suo communiter contingit incontinentia periculum, & quod actualiter peccat, vt notum est.

24. Obicit Sanchez: lex matrimonij obligat ad reddendum debitum instar præceptorum affirmativorum, nimirum semper, & salua incolumente persona, & temporibus commodis. Respondeatur tamen falsum esse antecedens, & procedit ex ignorantia obligationis ortæ inter coninges ad reddendum debitum: nam quoties alter coniux constitutus est in periculo evidenti incontinentia, tenuerit alter coniux debitum reddere, & id est si coniux alter agnoscat, se ad id esse impotentem, & vir talis impotensia sit omnino ignara, peccat mortaliter contrahendo, & notabilem iniuriam infert coniugi: ergo, &c.

15. Verum aī sū tali caso, qui sua impotensia conficius decepit feminam ipsam dicens, teneatur eam vel fororem habere, & alicere. Affirmant Rosella V. impedimentum 15, num. 10. Syluester matrim. 8, quæst. 16, dist. 5. Armilla ibi num. 52. Propositus Turrecrem. Gregorius Lopez, & alii usque ad 15. quos pro hac parte refert Sanchez num. 9, sed ego puto non teneri ad id sub præcepto. Quia reuera matrimonium est iritum: ergo non est cur obligatur vir ad eam feminam, tanquam ad fororem habendam, & alicendam. Et ita ex Sanchez tenet Lean-

der de sacram. tom. 2, tr. 9, diff. 21, q. 7.

16. Et tandem hic quaro, quid dicendum sit quando per errorem in facie Ecclesiæ prius matrimonium fuit solutum, feminina alijs nupserit, comperta tamen veritate, prius matrimonium restaurandum sit; an feminina illa, quæ cum secundo viro copulam habuit, possit à priori viro repelliri per diuortium quoad habitationem, & thorum? Ego contrarium conseo cum Texeda, ubi supra, quod patet ex cap. fraternitatis, de frigidis, & malefici. in quo constat ob eam fornicationem vxoris cum secundo viro habitam, non posse priorem virum nec illam repellere, nec petere diuortium quoad thorum, quia illa feminina cum ob arctitudinem sit iudicio Ecclesiæ à priori viro sparata, non peccauit alij nubendo, nec copulam cum illo habendo, quia bona fide id fecit, & per Ecclesiæ virtutem coniugi facultas transundi ad secundas nuptias æqualiter sit data. Imò Pater Sanchez ei sibi expresse contrarius, dum num. sequent. subdit, quod matrimonium ob solam impotensiam respectivæ separatum est, nenter coniux potest fornicationem obiciere; aut alterius consummationem ad celebrandum diuortium: ergo nec etiam potest prior vir, à quo illa feminina ob impotensiam per iudicium Ecclesiæ separata est, & secundo nupserit, postea comperta veritate ei obiciere adulterium, & petere separationem quoad thorum;

<sup>Sup. hoc māz</sup>  
gis latè inf.  
in Rel. 164.  
§. Sed diffi-  
cultas.

<sup>Sup. hoc māz</sup>  
in Rel. 164.

dem.

### RESOL. CLXIII.

An triennium à iure prescriptum ad experientum impotensia veritatem, computandum sit à tempore, quo copula intentata est, vel à tempore prefijo à Indice?

Pro quo aliqua alia prius supponuntur.

Et adverxitur, quod si post sententiam diuortij deprehendatur impedimentum non fuisse vere perpetuum, revocandi sunt ad prius matrimonium, etiam si alia matrimonia iniunscantur.

Et inferior necessarium est, quod triennium sit continuum.

Et cursum adverxitur hoc triennium terminum deberé computari post annum decimum octauum, & non ab anno completo pubertatis, si in illo matrimonium est contractum.

Et docetur, quod quando vir tantum materialiter adulteriū commisit, nempe existimans eum, cum quod rem habuerit esse proprium maritum: aut credens esse mortuum, vel per vim absolutam cogitus, & opinioris ab alio, non est sufficiens causa factendi diuortium.

Et tandem notatur validum esse matrimonium, si vir seminaset intra vas, etiam si impotens sit feminæ ad seminandum. Ex patt. 11. tract. 5. & Msc. 5. Resolut. 8.

§. 1. Causa est nimis practicabilis, pro quo suppono, quod quando dubium est utrum impedimentum sit perpetuum, concedi à Canonibus ordinarij

ordinati triennium, ad bona fide experiendum; vt  
habetur *capitulo laudabilem de frigidis & maleficiis*,  
si intra illud tempus non succederit, Ecclesia  
pronunciare debet sententiam diuortij. Quod si po-  
stea reprehendatur impedimentum non fuisse verè  
perpetuum, renocandi sunt ad prius matrimonium,  
erijam si alia matrimonia iniuriant, vt pater *cap. acce-  
pisti, &c. fraternitate, de frigidis & maleficiis*, &  
dictum triennium esse computandum à tempore  
quo cœptum est à coniugibus copula vacare, ex  
Tho. Sanch. & aliis penes ipsum docet P. Dicastillus  
*de Sacram.* tom. 3. tract. 10. diff. 7. dub. 52. num. 575. vbi  
sic assertit; A quo ulterius puncto sit triennium com-  
putandum, non omnino consentiunt Doctores. Il-  
lud videatur magis certum, non esse computandum  
à tempore ante conatum ad copulam: in hoc enim  
Doctores consentiunt, quia ante eum conatum non  
potest inchoari experientia, computandum ergo est  
à die conatus, & non à tempore præfixo à iudice,  
postquam eggerunt coniuges pœnitentiam de mat-  
rimoniis, vt nonnulli iurisperiti dixerunt, qui suppon-  
unt pœnitentiam esse iniungendam coniugibus.  
Quod totum sine aliquo fundamento dicitur, Ratio  
vero pro nostra doctrina est, quia in sèpè citato *cap.*  
*laudabilem*, expèsè dicitur computandum esse à die  
celebrationis coniugij, hoc est à die insensatae copula  
quia nimis eo die solet intentari, quæ doctrina  
locum habet non solum in impotentiæ, quæ prouen-  
iat ex aliis causis, sed etiam in ea, quæ prouenit ex  
maleficio, vt cum multis probat Sanchez num. 4. &  
5. vbi rectè expendit verba *capituli finalis de frigidis*,  
ibi; Si consisterit vobis præsumptum virum & uxorem co-  
habitasse invia prædictos annos per continuum, adiu-  
tio principio eiusdem textus ibi, mulier proposuit quod  
per multos annos fuerant simul & cohabitauerant. Ex  
quibus & aliis, quæ habentur in eo textu, appareat  
eos coniuges ante omne præceptum iudicis, & nondum  
litio mota cohabitasse octo annos, & tamen  
Pontifex decidit, dirimendum matrimonium; si in-  
tra eos octo annos continuè habitauerint. Ex quo  
patet, non requiri talem terminum assignari per iu-  
dicem, nec semper hoc impedimentum ex peccato  
confurgit, vt id è non procedat triennium ante pe-  
ractam pœnitentiam. Neque obest, quod in eodem  
*cap. finali* narratur, pœnitentiam peccatorum fuisse  
illis iniunctam. Nam in hoc narrat factum, non statutum  
ius, quando enim decidit, solum petit quod  
coniuges intra totum illud tempus octo annorum,  
triennio continuè habitauerint simul.

2. Ex quo infertur, necessarium esse quod triennium  
sit continuum; quia id supponitur in eo capite,  
quæ continuitas moralis esse debet non mathemati-  
ca, sed iuxta communem modum, vt docent  
Authores communiter. Hæc omnia Dicastillus; cui  
ego addo Reginaldi, to. 2. lib. 31. n. 107. & Hurtadom  
*de Matri.* diff. 22. diff. 1. & Martinum Perez diff. 73.  
scilicet 11. n. 10. & Ioann. Praepositum in 3. part. D. Thom.  
9. 7. de *impedimentis matri.* dub. 23. n. 203. Trullench,  
*de Sacram.* lib. 7. c. 9. dub. 76. n. 22. Filliue. to. 1. tract. 10.  
part. 2. c. 3. n. 111. Coninch. *de Sacram.* diff. 35. n. 83. &  
Bassum verb. *matrim.* 7. num. 81.

3. Sed licet hæc opinio sit tantorum Doctorum  
auctoritate fulcita, tamen ego puto contraria senten-  
tiam tenendam esse, nempe totum triennium  
computandum esse à tempore præfixo à iudice; &  
ita se habet stylus Curiae, quem sequitur sacra Rota  
vt pater ex pluribus decisionibus, quas ego ut pater  
semper veneror, & idèo Castris Palauis tom. 5. diff. 4.  
punct. 14. §. 10. num. 3. sic ait. Ego vero censco, spe-  
ciato iuri rigore, hanc ultimam sententiam verio-  
rem esse, vt colligitur ex dicto *cap. laudabilem*, vbi

expresè habetur triennium enumerandum esse di-  
tinguis copulam intentatam. Idem demonstratur con-  
fin. cod. tit. de frigid. & malefic. i. at. vbi mulier allegau-  
multis annis cum viro habitat, nec posuisse pui-  
congressum, nullus expectatio vltiori triennio. Is  
verum spectata consuetudine, stylus que Romanæ  
Curie triennium computandum est à decreto  
iudicis, quia ab eo die præmissa peccatorum con-  
fessione, & Eucharistie sumptuose diligenter copula  
la procuratur. Sic sèpè tenuit Rota teste Fatinus,  
vol. 1. cons. dec. 27. & 277. & vol. 2. cons. dec. 191. &  
226. Riccio in praxi dec. 139. num. 1. Basilio Ponce  
lib. 7. ap. 66. Quod si ante iudicis ordinatio  
lis habitat præcessit, arbitrio iudicis relinquuntur  
iustis de causis abbreviata triennium; vt notarit  
Rota d. 1. dec. 226. Riccius, & Basilio loc. elog. rede  
ad supradictorum confirmationem adducat verba  
Ludouici, de San Iuan in *Summa de Sacram.* Ma-  
trim. quæst. 6. art. 1. diff. 1. disp. 1. sic afferuntur Pan-  
lo V. Sanctissimo Vicario de Iesu Christo Señor  
nuestro, y successor legitimo de S. Pedro, antea la  
Rota declarado, este triennio deuerit entender à die  
reclamationis. Su Santidad approvò la tale decision  
y declarò ser affíverdad, y violo claro fer alii suffi-  
cientia sententia; pues auiendo se tratado de segun a  
ciertos duques, vassallos de la Iglesia, habitantes  
en Roma, que antes de reclamar auian edades im-  
tos mas de tres annos, dada la dicha sentencia, de  
que habitassen otros tres años, à die reclamationis,  
fué Dios servido, que al fin de los tres se sobre  
dichos, se hizo preñada la Dicha Duquesa con increíble  
gozo del pueblo Romano, de los Rosales, y de su Santidad, &c. sic ille; cui addit Leandrum de  
*Sacram.* tom. 2. tract. 9. diff. 21. quæst. 47. qui tam  
optimè obseruat ex Rota, & Basilio Pontio, quod si  
ante iudicis decreto præcessit triennialis cohabita-  
tio, esse in arbitrio iudicis, iustis causis concurre-  
tibus, illud ad bteuus tempus reducere.

4. Nota vero cum Ioan. Praepositum obijpia, &  
Dicastillo num. 582. cum aliis, quod inī, qui ante  
plenam adeptā pubertatem matrimonio iudiçii sunt  
existente dubio in impotentiæ, triennium videtur  
inchoandum à tempore copula intentata post plena-  
nam pubertatem, id est, viro post annum decimum  
octauum, quia ante illud tempus impotentiæ praedi-  
mi potest ex debilitate naturæ protenerit ex minori  
ætate, quæ proinde accidente atate tolli possit.  
Vnde non assentior Gaspari Hurtado diff. 11. lib.  
11. num. 41. qui idèo dicunt computandum esse tem-  
pus à priori pubertate illa non perfetta, quia late  
triumnum codem modo abique distinctione aliqua  
horum vel illorum supponit triennalem experien-  
tiæ sufficiere; id enim negamus, sed talen require-  
re, quæ tollat dubium de temporali defectu proueniente  
ex imbecillitate ætatis, non tollit autem  
hoc dubium, nisi experimentum hoc capiatur à tem-  
pore, quo iam imbecillitas ob defectum ætatis non  
locum habet; habet autem locum in his, qui non dum  
venerunt ad perfectam pubertatem.

5. Nota secundum, Sanchez, & Basilio Pontium  
docere, quod quando vox tantum materialiæ adhuc  
xiū commisit, nempe existimat eum cum quo  
rem habuit esse proprium maritum, aut crederet esse  
mortuum, non est sufficiens causa faciendi di-  
vorium. Item quando per vim abfolitam cogitur, & infra  
opprimitur ab alio. Ratio est, quia in his casibus  
nulla formalis culpa, vel iniuria contra fidem ma-  
trimonii commititur. Vnde pat non est, quod ali-  
quid detrimenti patiatur absque illa sui culpa. Hanc  
doctrinam pro illo casu quo vox accedit ad aliam.

ANTON  
Opera  
Tom. I. & II  
E III

cum quo matrimonium contraxit inqualidum quidem, sed bona fide, verissimam puto non minus, quam pro casu, quo per vim absolutam praeceps cogitur, & pro casu quo prudenter putauit illum quem admirabat esse proprium virum. Tamen pro casu quo illa, licet formaliter adulterium non commis-  
serit, tamen formaliter fornicate est, nempe quando prudenter putans maritum longè absente obuisse, cum alio fornicate est, sciens illam esse fornicationem, putans tamen non esse adulterium; non vide-  
tur tunc ita certum non posse maritum ab illa divertere, si postea superueniens id fecit, maximè si illa etiam problem suscepisset, vel praegnans esset ab am-  
bito. Durissimum namque videtur hominem (maxi-  
mè honestum ac nobilem) si non adulterum forma-  
liter, saltem formaliter & proprie fornicariam, aut etiam illegitimè prægnantem admittere. Vnde faluo meliori iudicio, mihi non videtur improbable, sal-  
tem si res sit nota, vel publica, non teneri cum tali vxore cohabitare: neque enim videatur cum tanto suo decore obligari ad eam cohabitationem, maxi-  
mè in iis regionibus, in quibus turpe est talem vxorem admittere aut habere. Nam cum lex cohabitationis, aut tori non ita strictè obligat, quin vel propter magnum damnum euadendum, vel propter aliquam aliam urgentem causam censetur quis ab ea obligatione quandoque liber, non video cur talis hæc causa non sit, scilicet, ut evitit illam ignominiam, quam in sua patria, & ubi notus est subire, maximè si non facile in aliam simul cum vxore migra posset; sed solus ipse. Neque ad illam secum adducendam magnis sumptibus vel laboribus vide-  
tur in tali caso obligandus: satis enim est, quod quantum fieri potest, non omnino vxoris curam relinquit, sed de necessariis ad vitam transigendam prouideat absens, quin cogatur, secum habere mulierem non castam, & iusti doloris perpetuam causam. Verum hæc aliquam iudicio relinquendo, solumque meam sententiam sincerè volui explicare, quam liberius affirmarem. Quibus adde Dicastillum n. 567, sed nouissime sententiam Sanchez & Pontij sequitur Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 21. quæst. 43.

6. Nota tertio, contra Cardinalem Bellarmino, & alios, triennium experientia debere esse moraliter continuum, non autem physicè, vt annus nouitatus, & tempore requisito ad rescribendum; imo puto cum Sanchez, nec moralem desiderari continuitatem; quia finis illius triennij assignati, est, vt coniuges experiantur, an decurso temporis ea impotenta possit auferri, atque adeo non, sit perpetua matrimonii dirimens: adhuc autem experiendum sat est, quod illud triennium expletatur; etiam si non sit in illo triennio continuitas habitatio-  
nis, & assistentia ad copulam; imo quid magis con-  
tinuè vacatur copula, sit Sanchez, eo debilior redi-  
dit vir. Vide Dicastillum loco cit. dub. 55. n. 599. Sed difficultas est, an saltem ita completum exigatur triennium, vt intermissum tempus suppleri debeat. Respondeo affirmativè, sed æquitas poscit vt ea triennialis habitatio non censetur interrupta, atque adeo neque ex parte supplenda, eò quod pauci dies, iisque interpolari defecerint; imo, vt cum prædictis sit Sanchez, etiam si dies interpolati toto illo triennio exæquent spatiū sex mensuum simul computati, non censetur supplendi, qui tamen si finali omi-  
terentur supplendi esset, quia in priori illo modo praxis interpretatur non esse notabilem absentiam, quia cum sis brevibus, & interpolatis absentiis pro casibus occurrentibus censetur ordinaria & morali-  
liter continua coabitatio coniugum, quæ communi modo sit. Simultanea vero absentia sex mensuum

simul, merito censetur grauis & notabilis atque adeo supplenda. Et ita etiam tener Dicastillus n. 602.

Lean. quæst. 48. Pontius num. 12. & alij, & tandem. Sup. hoc fe-  
minare posset intra vas, etiam si impotens esset fe-  
mina ad seminandum, quia ex valde probabili sen-  
tentia semen femininum non est necessarium ad ge-  
nerationem, quamvis multum conferat, contra Hurtadum disp. 22. diff. 5. n. 18. & alios, existimantes semen femininum esse necessarium ad generatio-  
nem, consequenter si feminina non potest seminare,  
esse inhabilem ad matrimonium, quod non est im-  
probabile, ideo in hac sententia tale matrimonium  
non esse validum: Et ita obseruat Trullench de Sa-  
cramentis lib. 7. cap. 9. dub. 16. num. 2. Vide etiam Her-  
mannum Busebaum in Medulla Theolog. Moral.  
lib. 6. tract. 6. cap. 3. dub. 2. num. 14.

### RESOL. CLXIV.

*Q*ued faciendum de viro Sacris initato, si post iudicis sententiam inueniatur impotentiam falso existimata non fuisse perpetnam, non fuisse talem? Idem est, si in ipso casu vir, vel feminina ingredieretur Religionem ob dissolutionem talis matrimonij, si profes-  
sio sit, an debet redire ad uxorem?

*P*ro quibus alia difficultates proponuntur, quæ conin-  
gere possunt inter medium temporis separationis, &  
etiam post redditum ad uxorem circa positionem, &  
redditionem debiti? Ex par. II. tr. 5. & Misc. 5. Ref. 9.

§. 1. *T*rastat latè hunc casum Sanchez, & ex il-  
lo Pater Leander de Sacram. tom. 2. tract. 9. dis-  
put. 21. quæst. 52. vbi sic ait: An etiam qui ex pra-  
sumptione impotentiae perpetuae suscepit ordines Sacros, restituendus sit uxori, si cognoscatur impo-  
tentiam tantum fuisse temporalem?

2. Respondeo, restituendum esse uxori permane-  
nenti in sæculo, quia vinculum adhuc matrimonij  
perseverat, & quod nec sit dissolutum per impoten-  
tiam præsumptam, nec per susceptionem Ordinis Sacri vi supra iam habitum est. Sic Sanchez lib. 7.  
disp. 99. num. 39. & penes ipsum Enriquez lib. 12. de  
matrim. cap. 8. num. 3. Petr. de Ledesma quæst. 8. art. 2.  
dub. 2. Bonac. quæst. 3. de matrim. punct. 13. num. 22.  
Candid. disquis. 28. art. 13. dub. 39. & Hurtad. disp. 22.  
diff. 11. num. 42. Qui benè notant quod vir, qui in  
di oculo ordinis suscepit Sacros, nequibit ad uxo-  
rem redire, nec ipsam repetere, si uxori ipsum non  
repetat, quia per Sacri Ordinis susceptionem ipsi  
præjudicauerit. Vxore vero ipsum repetente tenetur  
iste reddere debitum uxori, cum ipsa non sit priuata  
petendi, non tamen ipso poterit debitum exige (quidquid dixerint Astenlis, & Richardus penes Sanchez) propter votum castitatis emissum in  
Sacerorum Ordinum susceptione. Hucvsque Leander. Vide etiam Ioannem de Soria epilogi summarum  
part. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 10. §. Si forte coire nequibus.  
Sed maximam difficultatem habet P. Dicastill. de Sa-  
cram. tom. 3. tract. 10. disp. 7. num. 590. & seqq. quantu-  
m ad facultatem, quam negant tali viro petendi  
debitum, & solùm fatentur habere reddendi obliga-  
tionem uxori petenti, hæret mihi scrupulus, quia  
ille ex falsa existimatione voulit castitatem, & ordi-  
nes suscepit, alioqui non suscepturnus. Et postea va-  
riis argumentis contra Sanchez ad hominem cona-  
tur hanc sententiam probare; led tandem non audet  
discedere à sententia superioris adducta tanquam  
communi.

3. In qua etiam ego stando, limitanda venit

Quantu-  
s non plenè  
super doctri-  
na & quest.  
huius Ref.  
lege tame-  
nit Ioannes  
XXII. pro-  
alio colli-  
mali casu  
supta in Ref.  
158 & non  
pigebit illa  
videre, & ne  
prætermi-  
tas legere  
doctrinam  
Ref. 163.